

col. 412. ubi nota A. reformatur Lambecii iudicium. Est praeterea apud nos *Historia bellorum in Hungaria gestorum imperante Rudolpho II. Caes. Rom. bona fide conscripta*, quae Capp. XXXIII. ab an. 1592. ad an. 1598. porrigitur, ultimo tamen Cap. imperfecta, quam Ancanthero, qui, uti dictum, Historici Caes. munus gessit, facile tribuero. Inter plures demum Libros, qui ab eo ad Bibliothecam Caes. pervenire, notabilis est *Lycophronis Cassandra cum Job. Tzetzae Variis Historiis Basileae 1546. f. impressa*, quam ille eruditus animadversionibus passim enotavit. Solenne vero illi fuit ejusmodi Libris praescribere: Κλαυδῖς Ἀγκανθήης τῆ Ἱατροσοφίης κτῆμα; quo lemmate deceptus Fabricius eum *Bibl. gr. L. V. c. 45. inter Scriptores Graecos* retulit. Atque haec haecenus de Viro mihi innotuere, qui certe inter *Calmeti illustres Lotharos*, inque *Joecheri, Kestneri &c.* Lexicis locum meruisset, dignus *Matthioli, Dodonaei, Jul. Alexandrini, Cratonis*, aliorumque Archiatrorum Augustal. consortio. Ut tandem ad Codicem redeam, Tractatum περὶ Ψυχῆς Recentiores *Caveus, Cellerius, Oudinus Gregorio Neocaes.* abjudicant, et ad quendam medii aevi Philosophum referunt. Incipit is: Τὸν περὶ Ψυχῆς σοι λόγον ἐκέλευσας ἡμῖν, ὃ θαυμάσιε Τατιανέ, μετ' ἐνεργουσῶν ἀποδείξεων διαχαράξασιν ἀποσεῖλαι. &c. Quod Noster reddit: *Mandasti nobis, Tatiane Vir ornatissime, ut non*

*adumbratam sed expressam de Animo disputationem ad te mitterem &c.* Versio Marg. de la Bigne in *Bibl. PP.* supracit. *Jussisti, praeclare Tatiane, ut ad te de anima perspicuum et certum aliquid conscriberem &c.* Versio Vossii: *Jussisti, praestantissime Tatiane, ut cum efficacibus argumentis siue demonstrationibus sermonem atque disputationem de Anima tibi conscriptam mitterem &c.* Denique Versio Nic. Nourry, qui ab se Libellum nostrum ἀνεκδοτον T. II. *Adparat. ad Bibl. max. PP. Paris. 1697. p. 734. 8.* vulgari putabat: *Jussisti nos, venerabilis Tatiane, sermonem de anima instituere, validamque de ea tibi mittere demonstrationem &c.* legit enim: μετ' ἐνεργουσῶν ἀποδείξεως. Ast in editione *secunda* Libellum omisit. Postremum observo, Textum graecum a *Cod. nostro* abesse, quamvis in Titulo promissus fuerit, extare vero *Cod. Graeco Theol. XLV.* diserte *Gregorio Neocaes.* inscriptum, ut habes *Lambec. L. III. p. 63. edit. Kollar. col. 171.*

CXCII. VII E 29.

Codex membraneus lat. Sec. 347 IX. Folior. 138. f. Formae pene quadratae, nitide exaratus, literis omnium Titulorum majusc. saepe rubricatis, servatusque, olim ad celeberrimam *Laurissensem Ecclesiam* seu Coenobium *Laurishamense* pertinens, varia *D. Cypriani* ex Rhetore *Carthaginensis* Episcopi, *Africaeque* Pri-

Primatis an. 258. in *Valeriani* persecutione capite minuti Scripta complectitur, quorum *Index* praevis ita inscribitur: *Caecilii Cypriani Epistulae. N. XLII.* Non sunt vero omnia Epistolae. I. enim habentur *Libri* ejus III. *Testimoniorum adversus Judaeos*, hoc Titulo: *Incipit Ad Quirinum Liber Primus.* Praemissa ad hunc *Epistola* legitur *Elenchus Capp. XXIII.* errore Librarii pro XXIV. Summariis *Cap. XV.* et XVI. inter se confusis. *Epistola* porro incipit: *Cyprianus Quirino Filio Salutem.* Obtemperandum fuit *fili carissime desiderio tuo &c.* Liber ipse: *Judaeos in offensam dei grauter deliquisse &c.* Finis Libri, *Os enim domini loquutum est ista.* Dein: *Incipit Libellus. II. Ad Quirinum.* Rursus *Elenchus Capp.* in quo omissum Summariis C. XXVII. cum re ipsa *Capita* sint XXX. Initium Libri: *Christum primogenitum esse et ipsum esse Sapientiam Dei &c.* Finis: *Justi autem in uitam aeternam.* *Explicit Ad Quirinum Liber Secundus.* Denique: *Incipit Liber Tertius.* Liber hic non reperitur in omnibus *Codd. Mss.* primum editus ab *Erasmo* e *Cod. Gemblac.* cujus dubium, an totum hoc opus genuinus *Cypriani* foetus sit, nimium levi fundamento nititur. Praefixam habet is rursus *Epistolam*, quae inchoat: *Cyprianus Quirino Filio Salutem. Pro Fide ac deuotione tua quam domino deo exhibes &c.* Excipit illam denuo *Elenchus Capp. CXX.* Initium Libri: *Incipit Liber Ter-*

*tius Ad Quirinum. De Bono Operis et Misericordiae. Apud esaiam. Exclama in fortitudine &c. Finis: meditabitur die et nocte. Ad Quirinum Numero Libri III. ex.* Extant in edit. *Veneta* 1728. ad *Baluzio* — *Maurianam* 1726. *Paris. f.* exacta, *col. 531.* cui cum *Codicem* nostrum conferrem, quaedam adnotare visum. In priore ad *Quirinum* *Epistola* noster habet *legenti tibi.* Non placet mutatio in *legentibus*; totus enim *Epistolae* finis ad *solum* *Quirinum* directus est, ut inspicienti patebit. C. I. abest *περιουσι*: *Derelictus est Juda &c.* C. II. legitur *corpus suum*, non *dorsum*. C. III. *Praebe aures, praesepem domini sui, Uae genti peccatrici, non gens peccatrix.* C. XI. deest totum illud: *Quia non permanserunt &c.* C. XIV. illud: *Item apud Hieremiam. Audite uerbum &c.* Pronum fuit, ejusmodi loca *Biblica* aevo post *Cyprianum* in confirmationem eorum, quae ipse adtulerat, adjicere. C. XXI. noster quoque legit *cilicium* et *formidolosi.* Item C. XXIV. *foenicium*; illud quasi *rosseum* vel *roseum* potius glossa fuerit. L. II. c. I. Noster in *parboemis* et a secunda manu in *parabolis* non *proverbiis.* Abest *primogenita.* C. IV. Abest adjectum a *Morellio*: *Item illic: Ecce feci te &c.* Item C. VI. illud: *Item in Malachia: Testamentum meum &c.* Praeterea recte legitur: *cadent in confusionem*, et *Deus benedictus* de *Christo.* C. XII. omittitur: *cum muneribus.* C. XV. habetur: *azyma*

cum pigridibus (*πυγρῖς*) edent. C. XXVIII. *producens uinctos in uirtute. similiter eos qui inhabitant in monumentis &c.* *Librum III.* non ubique cum duobus prioribus reperiri vix mirer; nequaquam enim *adversus Judaeos* directus est, et *Cyprianus* ipse in priore ad *Quirin.* epistola *libellorum* tantum *duorum* meminit. *Mallim* itaque tertium hunc, ut *Libellum* singularem respici, inscribique: *de religiosa Christianorum Disciplina*, nam titulum hunc *Autor* ipse in praevia ad *Quirin.* epistola innuit. *Hujus* porro *Libelli C. I.* legitur: *Junior fui*, sed manus coeva superaddidit *ue.* *Adest* praeterea totus ille locus *Matth. 25. Cum venerit filius hominis &c.* *C. VIII.* factum, quod voluit *Hieronymus* ad c. 4. ad *Ephes.* et 5. *Matth.* erasa enim sunt verba *sine causa.* c. XII. contractior est *Matth.* Textus, quam in edit. C. XVII. deest locus *Macchab. 2. c. 6. C. XX.* defunt omnia loca, quae in edit. habentur inter *Psal. 2.* et *Psal. 33.* Item C. XXIX. totus locus ex *Baruch. C. CXIX.* a verbis: *humilis corde*, adfunt omnia ut in edit. sed legitur: *sarcina mea levis est*, pro *onus meum leve est.*

II. fol. 40. p. 2. *Incipit de Sacramento dominici Calicis.* *Cyprianus Caecilio Fratri Salutem.* *Initium: Quamquam sciam Frater carissime episcopos plurimos &c.* *Integra Epistola*, ut in edit. cit. col. 225. numero LXIII.

III. fol. 45. p. 2. *Incipit Ad Confessores.* *Cyprianus Rogatiano*

*et Ceteris Confessoribus In Domino perpetuam Salutem.* *Initium: Saluto Uos fratres carissimi Optans ipse quoque &c.* In edit. col. 335. n. LXXXI. ubi etiam *Sergio* inscribitur, et in fine adjicit *Victoris* diaconi salutationem.

IV. fol. 47. *Incipit ad Antonianum de Cornelio et Nouatiano.* *Cyprianus Antoniano Fratri Salutem.* *Incipit: Accepi primas Litteras tuas frater carissime &c.* *Integra*, ut in edit. col. 147. n. I.II.

V. fol. 54. *Incipit Thibari ad Martyras et Confessores.* *Cyprianus Martyribus et Confessoribus Ihesu Christi Domini Nostri In Deo perpetuam Salutem.* *Initium: Exulto laetus et gratulor fortissimi ac beatissimi fratres &c.* *Integra*, ut in edit. col. 43. n. VIII. ubi *Thibaris* urbs Provinciae *Byzacenae* non procul a *Carthagine* e titulo omittitur.

VI. fol. 56. *Incipit Mofi et Maximo Presbytero et ceteris Confessorib.* *Cyprianus Mofi et Maximo Presbytero et ceteris Confessoribus dilectissimis fratribus salutem.* *Initium: Gloriam fidei et uirtutis uestrae &c.* *Integra*, ut in edit. col. 81. n. XXV. ubi in titulo *Presbyteris.*

VII. fol. 56. p. 2. *Incipit Quibus Supra.* *Cyprianus mofi et maximo presbytero et ceteris confessoribus fratribus salutem.* *Initium: Et cunctos uos pariter et singulos representauit adfectibus nostris &c.* *Integra*, ut in edit. col. 59. n. XV. ubi in titulo rursus *Presbyteris.*

VIII. fol. 58. *Incipit ad Clerum de Deprecando Deo pro Peccatis Nostris. Cyprianus Presbyterorum et Diaconorum Fratribus Salutem.* Initium: *Quamquam sciam fratres carissimi pro timore &c.* Integra, ut in edit. col. 39. n. VII. praeter ultimam salutationis formulam. Titulus in edit. solum *de precando Deo.*

IX. fol. 60. *Incipit ad Clerum et Plebem de Aurelio Confessore Lectore Ordinato. Cyprianus Presbyterorum et Diaconorum. Item Plebi Uniuersae Salutem.* Initium: *In ordinationibus clericis fratres carissimi solemus &c.* Integra, ut in edit. col. 105. n. XXXIII.

X. fol. 60. p. 2. *Incipit ad Clerum et Plebem de Celerino Confessore Lectore ordinato. Cyprianus Presbyteris et Diaconibus et Plebi Uniuersae Fratribus salutem.* Initium: *Agnoscentia et amplectenda sunt fratres dilectissimi beneficia &c.* Integra, ut in edit. col. 107. n. XXXIV.

XI. fol. 62. *Incipit ad Cornelium de Confessione ejus. Cyprianus Cornelio Fratri Salutem.* Initium: *Cognouimus Frater carissime fidei ac uirtutis uestrae &c.* Integra praeter ultimam salutandi formulam, ut in edit. col. 203. n. LVII. ubi in titulo additum: *in exilio.*

XII. fol. 62. p. 2. *Incipit ad Martyras et Confessores in Metallo Constitutos. Cyprianus nemesiano felici lucio alteri felici littaeo poliano uictori iaderi datiuo coepiscopis item conpresbyteris et diaco-*

*nibus et ceteris fratribus in metallo (effodiendo) constitutis martyribus dei patris omnipotentis et ihesu christi domini nostri et dei con-saluatoris nostri aeternam salutem.* Initium: *Gloria quidem uestra poscebat &c.* Integra, ut in edit. col. 327. n. LXXVII.

XIII. fol. 65. p. 2. charact. unciali: *Incipit ad Iubaianum De Hereticis Baptizandis Epistulas (sic) Numero Tres.* Initium: *Cyprianus iubaiano fratri salutem. Scripsisti mihi frater karissime desiderans significari tibi &c.* Integra, ut in edit. col. 277. n. LXXIII. Est haec unica indubitata *ad Iubaianum Cypriani Epistola.* Cum vero in titulo *Tres* numerentur, videndum de reliquis. Epistola in edit. n. LXX. ut ut in Textu *Januarium* praeferrat, in Cod. tamen Thuano *ad Iubajanum liber secundus*, et in alio Cod. *ad Iubajanum epistola tertia* dicitur. Vide *Notam 1.* col. 269. Haec itaque esset altera. Tertiam desiderari fortasse opinantur Editores in *Nota 2.* ad Epist. LXXIII. col. 287. Quid vero, si ea intelligeretur sub Epistola *ad Quintum*, quae in edit. est n. LXXI. et pariter *de Haereticis baptizandis* tractat? De hac enim Epistola Cyprianus in nostra *ad Iubajanum* scribit: *exemplum earumdem litterarum tibi misi — quid — Quinto collegae nostro de eadem re quaerenti rescripserim.* Conjecturam hanc alia fulcit; sequitur enim in Codice nostro

XIV. fol. 72. *Incipit ad Quintum. Cyprianus Quinto fratri salutem.*

lutem. Initium: *Retulit ad me frater karissime lucianus compresbiter &c.* Integra, ut in edit. col. 271. n. LXXI. Sed nobis continuo cohaeret

XV. fol. 73. absque inscriptione illa supra memorata, in edit. n. LXX. col. 267. ex Concilio Carthag. data, quae incipit: *Cyprianus, liberalis, caldonius &c. Januario (Jubajano?) Saturnino, Maximo &c. Cum simul essemus in concilio &c.* Quam itaque Editores praecedenti antepone non debuissent, cum illa sic desinat: *Et quales super hac re (Baptismo Haereticorum) litteras fecerimus, ut scires — exemplum earum — transmisimus.* Jam, ut aliam conjecturam superaddam, ad calcem hujus Epistolae legitur: *Ad Jubaianum De Haereticis Baptizandis. Epist. Numero III. Explicant.* En igitur computato N. 13. 14. et 15. *Tres ad Jubajanum Epistolas.*

XVI. fol. 74. Incipit *Sententia Episcoporum.* Initium: *Cum in unum conuenissent Kartagini kalendas (sic) septembribus (an. 256.) episcopi &c.* Integra, ut in edit. col. 597. Verba Cypriani de *Episcopo Episcoporum*, quae ex hoc Concilio ab Ecclesia, ut ipsi notant, non recepto folicite citant Monachi Mauriani nuperi Editores de *l'Art de verifier les Dates &c.* ajuntque prolata au *sujet du Pape St. Etienne, Fleuryum* secuti, qui tamen addit: *toutefois S. Etienne avoit raison dans le fonds et soutenoit le bon party*, quod ipsi omit-

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

tunt, nulla ejusmodi nota egere visa sunt oculatissimo Baluzio aut docto illorum Sodali Prud. Marano, cujus videatur Praefatio §. III.

XVII. fol. 79. p. 2. Incipit ad *Pompejum contra Epistolam Stephani.* Initium: *Cyprianus pompeio fratri salutem. Quam quam plene ea quae de hereticis baptizandis dicenda sunt &c.* Integra, ut in edit. col. 293. n. LXXIV.

XVIII. fol. 82. p. 2. Incipit ad *Magnum de Nouatiano.* Cyprianus magno filio salutem. Initium: *Pro tua religiosa diligentia consulisti mediocritatem nostram &c.* Separatur Pars hujus Epistolae, et novo Titulo inchoat: *Incipit de His Qui in Leſo gratiam consequuntur. Quesisti etiam fili karissime &c.* Atque hoc non sine exemplo Vett. Codd. et Editionum. Ceterum integra, ut in edit. col. 315. n. LXXVI.

XIX. fol. 87. p. 2. Incipit *De Martiale et Basilide.* Cyprianus, Caecilius, Primus &c. *Felici presbytero et plebibus consistentibus ad legionem &c.* Initium: *Cum in unum conuenissemus legimus litteras uestras &c.* Integra, ut in edit. col. 253. n. LXVIII.

XX. fol. 90. Incipit ad *Fidum de Infantibus Baptizandis.* Cyprianus et ceteri collegae qui in concilio (Carthagine circa an. 253.) adfuerunt numero LXVI. *fido fratri salutem.* Initium: *Legimus litteras tuas frater karissime quibus significasti &c.* Integra, ut in edit. col. 211. n. LIX.

XXI. fol. 91. p. 2. *Incipit ad Eucratium. De Histrione. Cyprianus eucratio fratri salutem.* Initium: *Pro dilectione tua et uerecundia mutua consulendum &c.* Integra, ut in edit. col. 217. n. LXI.

XXII. fol. 92. *Incipit ad Rogatianum et Ceteros. De obseruanda Disciplina. Cyprianus rogatiano Presbytero et ceteris Confratribus salutem.* Initium: *Et iam pridem uobis fratres karissimi ac fortissimi litteras miseram &c.* Integra, ut in edit. col. 35. n. VI. usque ad illud segmentum: *Et quamquam Clero nostro &c.* quod nec alii Codices facile agnoscent.

XXIII. fol. 93. p. 2. *Incipit de Laude Martyrii.* Initium: *Et si incongruens est fratres karissimi in hoc fauore dicendi &c.* Tractatus integer; ut in edit. col. 615.

XXIV. fol. 103. *Incipit ad Plebem de Quinque Presbyteris. Cyprianus plebi uniuersae sal.* Initium: *Quam quam fratres karissimi uirtius fidelissimus &c.* Integra Epistola, ut in edit. col. 119. n. XL.

XXV. fol. 105. p. 2. *Incipit ad Epictetum et Plebem Assyrianorum. et (Fortunatiano) Episcopo eorum. Cyprianus epicteto fratri et plebi assuras consistenti salutem.* Initium: *Grauer et dolenter motus sum &c.* Scribendum in titulo: *De episcopo.* Integra, ut in edit. col. 239. n. LXIV.

XXVI. fol. 107. *Incipit ad Cornelium de Nouato. Cyprianus*

*cornelio fratri salutem.* Initium: *Et cum diligentia et cum dilectione fecisti &c.* Integra, ut in edit. col. 141. n. XLIX.

XXVII. fol. 108. *Incipit ad Clerum et Plebem. De Uictore. Qui Faustinum Presbiterum Tutorem nominavit. Cyprianus presbiteris et diaconibus et plebi Furnis consistentibus salutem.* Initium: *Grauer commoti sumus ego et collegae mei &c.* Integra, ut in edit. col. 245. n. LXVI.

XXVIII. fol. 109. *Incipit ad Fortunatum et Ceteros qui per Tormenta superantur. Cyprianus fortunato abymmo optato &c. salutem.* Initium: *Scriptistis mihi fratres karissimi quod cum in capsense ciuitate &c.* Integra, ut in edit. col. 169. n. LIII.

XXIX. fol. 109. p. 2. *Incipit ad Rogatianum de Diacono. Cyprianus rogatiano salutem.* Initium: *Grauer et dolenter commoti sumus ego et collegae qui praesentes &c.* Integra, ut in edit. col. 243. n. LXV.

XXX. fol. 110. p. 2. *Incipit ad Cornelium. Cyprianus Cornelio fratri salutem.* Initium: *Et religiosum uobis et necessarium existimaui &c.* Ad calcem: *Explicit Prima.* Integra, ut in edit. col. 131. n. XLIII.

XXXI. fol. et p. ead. *Incipit Secunda.* Scil. ad Cornelium. *Cyprianus Cornelio fratri salutem.* Initium: *Quod seruis dei et maxime sacerdotibus iustis &c.* Integra, ut in edit. col. 127. n. XLII.

XXXII. fol. 112. Incipit ad Cornelium Tertia. Cyprianus Cornelio salutem. Initium: *legi litteras tuas frater carissime &c.* Integra, ut in edit. col. 133. n. XLV.

XXXIII. fol. eod. p. 2. Incipit ad Cornelium Quarta. Cyprianus Cornelio fratri salutem. Initium: *Uenerunt ad nos frater carissime missi a Nouatiano &c.* Integra, ut in edit. col. 123. n. XLI.

XXXIV. fol. 113. Incipit (ad Lucium Papam Rom.) De Exilio Reuersum. Cyprianus cum collegis lucio fratri salutem. Initium: *et nuper quidem tibi frater carissime gratulati sumus &c.* Integra, ut in edit. col. 207. n. LVIII.

XXXV. fol. 114. Incipit ad Maximum et Nicostratum. Cyprianus Maximo et nicostrato et ceteris confessoribus salutem. Initium: *Cum frequenter karissimi cognoueritis ex litteris meis &c.* Integra, ut in edit. col. 131. n. XLIV. ubi inscribitur: *Ad Confessores Romanos, ut ad unitatem redeant.*

XXXVI. fol. 114. p. 2. Incipit ad Cornelium de Lapsis. Cyprianus liberalis caldonius nicomedes — Cornelio fratri salutem. Initium: *Statueramus quidem pridem frater carissime &c.* Integra, ut in edit. col. 171. n. LIV.

XXXVII. fol. 116. Incipit ad Cornelium de Quinque Presb. et Fortunato Pseudo Episcopo. Cyprianus Cornelio fratri salutem. Initium: *Legi litteras tuas fra-*

*ter karissime quas per saturum &c.* Integra, ut in edit. col. 175. n. LV.

XXXVIII. fol. 124. Incipit Quod Idola Dii non sint. Initium, seu potius alter Titulus: *Quod idola dii non sint et quod unus deus sit. et quod (per Christum salus) credentibus datum (data) sit. Deos non esse &c.* Tractatus integer, ut in edit. col. 449. sed nobis finit: *Quod est Christus erimus si Christum fuerimus secuti.*

XXXIX. fol. 126. Incipit ad Florentium Quem et Puppianum. Cyprianus qui et Thascius florentio cui et puppiano fratri salutem. Initium: *Ego te frater credideram tandem jam ad poenitentiam &c.* Integra Epistola, ut in edit. col. 261. n. LXIX.

XL. fol. 129. Incipit de Numidico Conf. Presb. Ordinando. Cyprianus presbiter (Presbyteris) et diaconibus et plebi uniuersae karissimis ac desiderantissimis fratribus salutem. Initium: *Nuntiandum uobis fuit fratres karissimi quod pertineat &c.* Integra, ut in edit. col. 111. n. XXXV.

XLI. fol. eod. p. 2. Incipit ad Pomponium de Virginibus. Cyprianus caecilius uictor sedutus — pomponio fratri salutem. Initium: *Legimus litteras tuas frater karissime quas per paconium &c.* Integra, ut in edit. col. 219. n. LXII.

XLII. fol. 131. Incipit ad Stephanum de Concilio. Cyprianus et ceteri stephano fratri salutem. Initium: *Ad quaedam disponenda et consilii communis examinatione &c.*

Integra, ut in edit. col. 275. n. LXXII.

XLIII. fol. 132. p. 2. Incipit ad Cornelium de Conf. Redeunt (ibus) in Ecclesia. Cyprianus Cornelio fratri salutem. Initium: Et egisse nos et agere frater karissime maximas gratias &c. Integra, ut in edit. col. 139. n. XLVII.

XLIV. fol. 133. Incipit ad Maximum Presb. et Urbem (Urbanum) et Sidonium et Macarium. Cyprianus maximo presbytero item urbano et sidonio et macario fratribus salutem. Initium: Lectis litteris uestris fratres karissimi quas ad me &c. Integra, ut in edit. col. 145. n. LI.

XLV. fol. 134. Incipit Cyprianus ad Presbit. et Diacon. Cyprianus presbyteris et diaconibus fratribus (Carthagin.) salutem. Initium: Quales litteras ad Clerum Romae agentem &c. Integra, ut in edit. col. 103. n. XXXII.

XLVI. fol. eod. Incipit ad Romanos. Cyprianus presbyteris et diaconibus romae consistentibus fratribus salutem. Initium: Quoniam comperi fratres karissimi minus simpliciter &c. Integra, ut in edit. col. 57. n. XIV.

XLVII. fol. 135. Incipit ad Presb. et Diac. ut bis Conf. qui in carcere sunt constituti Humanitas omnis praebeatur. Cyprianus presbyteris et diaconibus (Carthagin.) fratribus salutem. Initium: Quamquam sciam uos fratres carissimi litteris meis &c. Integra, ut in edit. col. 113. n. XXXVII.

XLVIII. fol. 136. Incipit Cypriano Papae Presbyteri et Diaconi Romae consistentes. Cypriano papae presbyteri et diaconi romae consistentes salutem. Initium: Quamquam bene sibi conscius animus &c. Integra, ut in edit. col. 97. n. XXXI. Quomodo egregius hic Codex cum Editis non inutiliter conferri posset, specimen dedi N. I. in III. Testimoniorum Libris.

CXCIII. VII. 28

Codex membraneus lat. Sec. 346 XI. Folior. 166. f. luculente scriptus et colore viridi rubroque distinctus Opuscula continet sequentia: I. Incipit epistola Sancti Cypriani martyris. Initium: Duodecim abusua sunt seculi. hoc est. sapiens sine operibus. senex sine religione. adolescens sine obedientia. &c. Opusculum vagum sub Cypriani nomine non diu ab inducta typographia per Ant. Sorg Augustae Vindel. impressum etiam Augustino tributum est, ut diximus alibi. Finit hic: ne sine nobis christus incipiat esse in futuro.

II. fol. 10. p. 2. Sequitur absque inscriptione Liber aut Libellus S. Augustini, qui Cod. CCLXXXIII. titulum praefert: Dicta de Disciplina Christianorum, et incipit: Locutus est ad nos sermo dei &c. Adi, si lubet, Cod. illum, cui hoc Exemplum geminum est.

III. fol. 18. p. 2. Incipit Libellus De Quatuor uirtutibus. Pru-